

72

intremiscet, Jesulum Consiliarium nostrum indefessis implorare precibus,
eodemq; implorare opem. Et quidni id discretis? Ipse siquidem et potest
vult omnibus consulere, qui ad ipsum confugiunt. Unde et si Christus a ve-
tris stabit partibus, nihil neq; armorum truculentia, neq; Elementorum vio-
lentia contra vos valebunt. Nil impius valebit furor hominum, nec et va-
bunt quicquam, qui veritati suppressenda totis incumbunt viribus. Quin-
otius securi et hilares et imperterriti stabitis. Tandiu autem tales stabitis,
vobis vos totos Consiliario vestro Jesulo permittatis. Nec et ulla vos feriet
ruina, si vel universus orbis illabatur. Nihil quippe est, quod nocere omnib;
possit, qui sunt in Christo Jesu. Sic itaq; quum omnino plurimum intersit, de-
alium habere **CONSILIARIUM**, prendite quoq; omnes, prendite singu-
larem meam inq; Scrinia pectorum recondite, bene eadem frui-
ari dum commode vobis annare licet ac perennare.

Ecce salus hominum nulli valet esse saluti:

Sola stat in Christo vera salute salus.

DIXIT

Gothofredus Ferberus
Gorlicensis.

ORATIO V' GENETHLIACA

de
Titulo ac Nomine
FORTIS.

Multa imo quamplurima in Cornelio Nepote fortissimorum
ac ~~peritissimorum~~ excellentissimorum virorum occurrere
exempla, cuiuslibet vestrum Auditorum plurimum venerandi
sotis est quam quod notissimum. At in quanto illa occur-
unt auctore? Occurrunt sane in auctore cultissima castissi-
maq; orationis, qui cum Cicero Terentio ac Casare op-
timè iungitur. Habet videlicet ille ille primo loco Mil-
tarem, cum antiquitate generis et gloria majorum, tum
modestia unum omnium maximè florentem, quibus